Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De Methoposcopia Astronomica

Finella, Filippo

Antuerpia, 1650

De Trigesimo Gemini gradibus. Cap. 6

urn:nbn:de:bsz:31-95557

Visual Library

mendicos; si Martem, audaces, & apud magnos Dominos prævalebunt; attamen si cum maleficis illis hi gradus in Quadrato, vel Oppositione fuerint, quidquam bonum nunquã sortietur. Sita est in his gradibus Saturni, & Iouis naturæ stella.

De Trigesimo Gemini gradibus.

Cap. VI.

CAlidum, humidumq; est hoc Gemini signum, Aeris consequens naturam; domus Mercurij, ac commune est signum. Draconis capud in signo prædicto exaltatur; Tale agreditur signum Sol 21. Maij; & vsquè ad 21. Iunij, ibi moram trahit, hasq; infra dicendas nunciabit inclinationes toties hoc signũ, quoties infrascribndos gradus habuerit Comites.

1

Tali primo gradu Geminarum in ascendente omni denudato fortunato non Planetarum aspectu, & infortunatorũ; principalissimi omnium in Ciuitate sua erunt homines; at si hic gradus Comitem habuerit Saturnum, primum in eorum patria locum obtinebunt; quando præest Saturnus, felicesque habet cum luminaribus aspectus eosdemmet indicat effectus; at si maleficos; ob principium iram mortem recipient; si Mars, propter inimicitias; si Iuppiter, vel Venus, vel illorum aspectus benefici, venerabuntur; ita eorum causa benignitatum, vt officiorum; gradus hic quandam habet stellam naturæ Martis.

2

Gradus secundus, reddit homines fortunatos, naturalemquè illis tribuit mortem; si enim Iouem, aut Venerem habebit præsentem, exercituum magnos futuros Duces donotat; Si Martem, maximos militum ductores; si Saturnum à longe videbunt, seu visum possidebunt acutum; si Lunam; incognita multa longinqua agredientur viatica in mare, ac per terram; at si beneficis, maleficisquè carebit aspectibus; homines iustos, pios, ac probos educabunt filios; si Iouis, & Veneris priuabuntur aspectu benefico, naturæ sterilis erunt; Martialis est talium gradum stella.

3

Hic gradus, homines primos in actionibus magnis nunciat, Sacerdotesq; Iouis, aut Veneris, si præsentiam obtinuerint, vel cum benefico aspectu in gradibus illis, & prelati maximi erunt, si Martis :

aut Saturni, vel eorum aſpectus receperint maleficos, mala, vel caſuali morte morientur Martialis eſt ſtella illorum.

4

Pulchri,& delectabilis aſpectus hic gradus propinat homines, & à Principibus amatos sẽper;propter probos eorũ more aſpectus amabiles, venerabũtur;hiſq; gradus, ſi Iouem, vel Venerem, aut eorum aſpectus beneficos receperint;magni euadent Domini; at ſi Martem,vel Saturnum cum aſpectibus maleficis; dignitates de medio tollunt,ſi bonis,maliſuè priuabuntur aſpectibus;amabiles à Regibus, ac dominibus magnis illos connotat. Martis hæc ſtella imitatur naturam.

5

Generosos, superbosquè gradus iste homines portendit; si vero Iouē habuerit, vel Venerē, ob eorum secundam fortunam exaltabuntur. Cuius nunciādum oppositum, Marte, vel Satuno ibi commorāte, quoniam miseri, & infortunijs pleni erunt; in eorum negotijs omnibus infortunati, quādo duarum fortunarum maiorum aspectus perceuerit; multoperè fient pauperes; Saturni Iouisq; naturam hæc stella consequitur.

6

Homines, quid Diuinì habentes hinc surgunt, ac poetę excellentes; attamē si Martem receperit, vel Saturnum; satirici poetæ fuerint, & maledicentes; quare infortunati semper in eorum actionibus; Iouialis est stella eorum, & Saturnina.

7

Gradus hic ſeptimus, homines carcerum curã habentes denotat; at ſi Iouem habebit, vel Venerem, fortunati erunt multum, in hoc officio; ſi Martem infortunati; ſi Saturnum, infirmi, ac male affecti, & multoties paupeÂres, mendiciquè; talis ſtella eſt Iouis, ac Saturni naturæ.

8

Ad muſicam hic gradus inclinat homines, at ſi Venerem hi gradus, vel Mercurium habebunt; in muſica quam maximè periti euadebunt, ſi ambo præfuerint, ex primis mundi muſicis erunt; ſi Iouem fortunatos, ſi Martem, bellũ amplectentur, ac in bello morientur, ſi Saturnum infortunatos, maleuè affectos; ſtella eorum naturæ Saturni eſt.

9

Nonus gradus homines præbet laboriosos; verum si Iouem habuerit, vel Venerem præsentẽ, fortunatos, idemq; facient, dum beneficos in illis gradibus seruabunt aspectus, si Martem, vel per Trinum, aut Sextilem, felices multum in officijs suis fuerint homines, verum omni præciso aspectu, operarij tantum erunt; at si maleficos receperit aspectus Saturni, vel eius præsentiam; redderet illos infortunatos, & male affectos corporis; Iouis eorum stella sequitur naturam.

10

Homines gradus iste corpore infirmos, ad vitã ducendam incognitã; & ad mortem ob longas infirmitates, ex affectu pulmonis ortas inclinat; verum si gradus ipsi comitem habuerint Iouem, vel Venerem, prædictas contemperabunt infirmitates, si Martem, magis

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

prædictæ crescent inclinationes, si Saturnum à valdè longis vexabuntur infirmitatibus; illorum stella est Martis, ac Mercurij naturæ.

11

In armorum ludis versatos homines denotat hic gradus; verum si vna duarum fortunarum, vel eorum aspectus aderunt, fortunati fuerint in illo officio, si Mars, viuaces probiquè milites, si Saturnus cum aspectu malefico, infortunati semper, at omni bono, & malo his gradibus denudatis aspectibus, primam tantum inclinationem recipient; eorum Martialis, & Mercurialis est stella.

Ho-

12

Homines ineptos in armis ſignat hic duodecimus gradus, at ſi habuerit Iouis, aut Veneris præſentiam, vel eorum aſpectus beneficos à praua fixæ ſtellæ malignitate liberantur; Marte vero ibi præſente nunciabit oppoſitũ; quoniam à ferro mortem recipient, ſi hic erit Saturnus, vulneribus morerentur venenatis medijs longo tẽporis ſpatio; horum ſtella graduum, Martis, & Mercurij naturæ eſt.

13

Infirmos, & morte moriendo ex hyprope orta homines talis nunciat gradus, & eo magis verificabitur influxus, quò Saturnum præſentem habuerit, ſi malos Martis aſpectus; Saturnum excedit, ſi Iouem, vel Venerem cum benefico aſpectu, vel illorum alterutrum in ipſis gradibus, nunquam ex hy-

dro-

dropiſi mortem detrahent, veruntamen omni dimiſſo benigno, & maligno aſpectu; hidrops illos oncidet, vt ſupra diximus; quorũ ſtella eſt Martialis, Mercurialiſq.

14 Homines gradus hic decimusquartus ab alto loco pręcipites dandos aſſerit, eoque magis caſus augebuntur, quo Mars propinquior, vel eius aſpectus maleficus; ſi loco Martis Saturnus, longis afficerentur infirmitatibus, ſi vero Iouem, vel Venerem amplectentur, vel aſpectum illorum per Trinum, aut Sextilem, ab omni liberarentur praua indicatione; ſtella illorum eſt.

Ef-

15

Affęminatos, molles, corporiſquè graciles homines hic gradus repreſentat, ob earum enim pulchritudinem amabuntur, ſi gradus iſti Iouem, aut Venerē receperint, vel aſpectus illorum beneficos; illos reddet fortunatos, affabiles, pioſquè ſi Martem, vel Saturnum, vel aſpectus maleficos eorum, infortunatos, at vero omnibus ſpoliatis aſpectibus, primam dictam inclinationem obtinebunt; Mercurialis eſt ſtella illorum.

16

Homines gradus hic ſubijcit ſeruitio alieno, & aliquando, ſi Iouis, vel Veneris benignum receperit oculū, vel præſentiam, magna apud Dominos fortuna fruētur ſecunda, ſi Martis, vel Saturni, infortunati erunt; ac malemerebuntur de illis eorum Domini; horum ſtella eſt Martis, ac Mercurij naturæ.

Pul-

17

Pulchri aspectus homines, magni corporis, verecundiosos, fideles, & pios connotat; Iouis vero, vel Veneris si præsentiam, vel beneficum receperint intuitum, Diuines, & dominorum amicos, si Veneris cum magnis nobilibus mulieribus præualebũt, si Martis, loquaces dummodo infortuniorum duorum non habuerint aspectus maleficos; nam pauperes tunc, & infortunatos futuros esse dicit; Veneræ naturæ hic recondita stella.

18

Gradus iste homines in armorum ludis versatos inclinat, si vnam ex duobus fortunis, vero retẽpserit, in hoc exercitio fortunati erunt, si in ascendẽte Martem, armigeros, & vulneribus subiectos ex ferro, quotiscunquè Mars cũ ascendentis gradibus est, vel intra ascendentem, eorum fuerit vulneráta facies, & caput,

ſi Saturnum, pauperes, tardiquè erunt mor-tus, Mercurium, & Martem eorum imitatur ſtella.

19

Homines moriendos ex ferro nunciat gradus, eo magis, ſi Martem hi gradus connotauerint, ſi Saturnum, morientur miſeri, ſemperquè in aquis ſe exercebunt: ſi Iouem, vel Venerem, vel aſpectũ illorum beneficum, haud infortunati, ſed diuites fuerint, ac omnino aliena carebunt ſeruitute; Veneris ſequitur illorum ſtella naturam.

20

Spiritoſos, & in multis verſatos officijs homines oſtendit, ſi cum his gradibus erit Mars; populorum gubernatores, attamẽ repẽtina morte morientur, ſi Iuppiter, aut Venus, vel illorum benefici in-

tui-

tuitus, multis decorabuntur officijs, nec tali peribunt morte violenta; quæ in his configuratur gradibus ſtella Veneris eſt naturæ.

21

Gradus vigeſimus primus homines ſteriles, imò non ſolum ſine filijs, verum, nec fratres habebunt, verum tamen, ſi Saturni, vel Lunæ receperint hi gradus prçſentiam; aut radium, vt quoque aſcẽdentis, tunc diuites, nobiles, & multum dominorum amicos homines inclinat; ſi vero beneficis, maleficiſq; carebunt radijs; longæ erunt vitæ reſpectu naturæ gradus, & fixæ ſtellæ ibi permanentis, quæ Venereæ eſt naturæ.

22

Musicæ homines deditos inclinat, dummodo vero vnam hi gradus habuerint ex duabus fortunis; excellentes multum, ac Regum amicos, & magnorum dominorum; si Martis, aut Saturni radios receperint maleficos, violenta morte morientur, eorum stella, Iouis, & Saturni naturæ est.

23

Homines fortes, & in bello fortunatos, dominorumquè amicos connotat hic gradus, nec filios in eorum morte sinent, at si duarum fortunarum beneficos habuerint intuitus, valdè fortunati erunt, & filios sinent; cuius est oppositum perpendendum, malo oculo si à Marte fuerint hi gradus perspecti, & Saturno; naturæ Martis, & Mercurij illorū stella naturæ est.

Na-

24

Infortunijs homines ſubiectos hic gradus demonſtrat; ſi vero fortunarum duarum beneficos ſuſcipient gradus iſti radios, maximè fortunati erunt; ſi Martis, vel Saturni præſentiā, aut per Quadratum, vel Oppoſitionem, vel à beſtijs laceratos, aut præcipites datos indicat homines; ſtella eorū eſt Martis, & naturæ Mercurij.

25

Dominij magni, & Prophetas, ac ad Sacerdotium aſcenſuros eſſe talis demonſtrat gradus hominus, regumq; amicos; & dominorum magnorum; ſi vero fortunarum duarum vnā acceperint, fortunatiſſimos, idemq; cum Iouis, & Veneris ibi cum Sextili, vel Trino erunt, nunciandum, tamen maleficos Martis ſi radios ſuſceperint, eorum familiares amici illos perſequentur; ſi Saturni, ob iram Principum morientur, & magno-

rum dominorum,hi eorum,in iuuentute turpi,ac deformi erunt inclinati luxuriæ ; Martialis , ac Mercurialis naturæ talis ſtella exiſtimatur.

26

Gradus iſte vigeſimus ſextus; cuſtodus templis homines inclinat;ſi vero à Ioue, vel Venere radiabuntur;decorabiles ſuſcipient honores, ſi à Marte,vel Saturno cum aſpectibus illorũ maleficis,infortunatos in adminiſtrationibus illis; verum ſi omnino bonis , maliſquè carebũt aſpectibus fortunarum , & infortuniorũ, honoribus multum digni in eorum officijs fuerint id eſt ſolemniter templa cuſtodient ; ſtella illorum Martis naturæ eſt.

27

Mente captos homines, euasuros indicat; at si ipsi gradus Martis habuerit, vel Saturni radios maleficos, insanos, miserosquè morituros denotat, si Iouis, vel Veneris oculos beneficos, ab omni immunes erũt influxu, eo magis si cũ probo Mercurij oculo Luna; Martialis est stella.

28

Gradus iste, litigiosos, & calumniatores homines deuelat, Iouisque vel Veneris nisi corpus habuerit, aut eorum per tertium, vel sextum radios receperit; multopere infortunati erunt, si Saturni turbatum oculum, pessimæ fuerint complessionis, quotiesque, hi gradus habuerint adiunctum Martem, ex retrogado, vel dyametro, steriles, atque à canis, vel alijs feris dilaniatos moriẽdos esse nunciat; stella illorum, Saturni,

Martiſque naturam ſuſcipit.

29

Homines gradus iſte amabiles per tractabileſquè præſcribit; ſibi vero Luna adiuncta, nobiles, & multũ in mũdo cogniti erũt; quos gradus ſi Iuppiter, vel Venus irradiauerit benefice longo tempore viuent, ſi oculis turbidis à Marte, vel Saturno inſpicientur, in eorum iuuentute peribunt; metipſa Luna cum tales comitabitur gradus omni duarum fortunarum præciſo aſpectu, in eorum prima etatæ morientur; quam ſuſcipiunt hi gradus ſtellam, cum Veneris coincidit, & Mercurij natura.

30

Gradus iſte trigeſimus, ſeù vltimus; homines homines futuros venatores, quare ita à Regibus, vt à dominis maximis exiſtimabuntur; quandoque gradus iſti Iouem habuerint annexum, vel Venerē, aut aſpectus eorum beneficos; eo magis apud illos fortunati fuerint; ſi Martem, vel Saturnum, infortunati, cū vero malefice à Marte, vel Saturno irradiabuntur, infortunati erunt; ſi vero Mars in aſcendente aderit cum Luna, in tibijs, vel pedibus morſu afficientur, ſerpentum, vel beſtiarum venenoſarum reliquarum, cum Martis natura eorum ſtella accommodatur.

De Trigeſimo Cancri Gradibus.

Cap. VII.

FRigidum humidum, aquæ naturæ, fęmimineum domus Lunæ Iouiſq; eſt exalta-